

DECISIO LXXXIX.

R. P. D. C E L S O.

Melevitana Paci.

Veneris 14. Februarii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Verba, omnia & singula, nullam restrictionem admittunt.
 2 Rot. in Melevitana census 24. Januarii 1652. coram Peutinger declarata.
 3 Clausula quod scripta indebet in inventario habeantur, pro non descriptis preservat a praedicto.
 4 Pater in praedictum filiorum de eorum bonis disponere non potest.
 5 Bona filiorum non cadunt sub fideicommissio patris. Propria filiorum sunt separanda ne confundantur cum hereditate patris, n. 6.
 7 Inventarium operatur ne bona heredis confundantur cum bonis defuncti.

In instrumento Matrimoniali, inito de anno 1567, inter Joan. Paulum Manducam, & Catharinam Xerri, fuit in specie appositum pactum quod omnia & singula bona per ipsos, sponsum & sponsam, acquirenda constante matrimonio intelligentur, & sint filiorum; cum autem occasione illius plures exortae fuerint lites, & controversiae tam in Rota, quam in aliis Tribunalibus, ad illas tollendas dedi dubium; an & quae bona acquisita a Joanne Paulo, & uxore spectent ad filios, & sint separanda a fideicommisso. Et hodie illo proposito informante tantum Cumulo, Manduca verò per 14. vices citato, comparere recusante, responsum fuit omnia bona, quæsita constante matrimonio, esse separanda, sive illorum acquisitione proveniat ex pecunia propria Conjugum, sive ex industria, vel alio quocumque titulo.

Ratio resolutionis fuit, quia verba paci sunt clara, & generalia, ibi omnia & singula bona, & quæ nullam restrictionem patiuntur juxta text. in l. si societatem 74. ff. pro socio. Et habent vim specialis dinumerationis ac comprehendunt quæcumque bona, absque ulla limitatione. Glos. in cap. ut circa verba omnia, & singula de electione. In A. retin. in l. si ex toto §. si ita legatum in primo notab. ff. de leg. 1. Jaf. in l. 1. n. 24. ff. cod. Rota dec. 160. n. 3. part. 4. recent. cum aliis in Bononien. Successionis de Zanis, 1641. coram R. P. D. meo Bichio.

Et in proximis terminis tradunt Lopez in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 62. n. 1. & 4. Gutierrez civil, quæst. lib. 2. quæst. 117. n. 2. vers. contrarium tamen, & n. seqq. Matien. ad novam recopiat. lib. 5. titul. 9. lib. 2. glos. 2. n. 1. & seqq. fol. 257. Morquet. de divis. bonorum lib. 2. cap. 11. n. 4. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 1. glos. 3. part. 1. num. 3. & seqq. Valasc. consult. 103. n. 17. & seqq. ubi quod veniunt omnia augmentata post matrimonium, sive processerint ex pecunia communis, sive ex industria, ut firmat Gamm. decif. 358. n. 1.

Nec relevat decisio in Melevitana census 29. Januarii 1652, coram Reverendissimo Praeside Domino meo Peutinger, in qua firmatur & sub dicto pacto comprehendi tantummodo bona ex propria industria per conjuges acquisita. Nam cum ibi articulus non fuerit ex professo discussus,

& talis interpretatio expresse resistat verbis ipsius pacti, nullo modo complectenda venit, Bart. in l. Ab executori nu. 7. in fine de appellat. Tiraq. in l. si unquam verbo libertis num. 13. Cod. de revoc. donat. Aym. consil. 1. pro genere n. 312. Surd. consil. 179. n. 47. & 48. Rota decisione 198. n. 1. p. 6. recent.

Minus facit quod bona hujusmodi ab hereditibus fideicommissariis Joan. Pauli fuerint in inventario descripta tanquam supposita fideicommisso ejusdem. Nam stantibus clausulis, & reiteratis protestationibus datis in summ. num. 2. quod quatenus describerentur aliqua bona, quæ de jure describi non debuissent, pro non descriptis + habebantur: ex illis preservatum fuit omne praedictum resultans ex adnotatione predicta Angel. in l. 1. §. hac stipulatio, num. 2. 4. ff. si cui plus quam per leg. falc. Rot. decisione 287. n. 6. part. 3. recent. & in Romana separationis bonorum 20. Aprilis, & 25. Junii 1646. coram R. P. D. meo Vero spio.

Quibus stantibus non potuit Joan. Paulus in praedictum filiorum de dictis bonis disponere, & illosque jure quæsito privare, ut in terminis hujus paci firmavit Rota decisione 83. n. 3. & seqq. & decisione 221. per tot. part. 4. tom. 2. recent. & novissime fuit resolutum in Melevitana Viridarii 2. Maii 1653. & in alia Melevitana Salviani, seu census 4. currentis Mensis coram R. P. D. meo Peutinger.

Et propterea bona predicta, uti spectantia ad filios, non cadunt sub fideicommisso + ut in puncto tenuit Rot. in dict. Melevitana fideicommissi 13. Martii 1651. coram Reverendissimo Praeside Domino meo Bichio, & probat text. in l. sequent. quæst. 70. ff. de leg. 2. Peregr. decif. fid. art. 6. n. 1. & seqq. Corn. consil. 228. n. 9. lib. 4. Gabr. consil. 92. n. 17. & seqq. lib. 2. Eugen. consil. 69. à n. 4. cod. tit.

Imo tanquam propria filiorum veniunt separanda, ne confundantur + cum hereditate, & fideicommisso patris per text. in l. 1. §. fin. de separ. Bart. in l. debitori n. 4. vers. hic quæst. Cod. de paci. Cafr. consil. 245. n. 1. lib. 1. & ultra relat. per Cost. de remed. subsid. remed. 40. n. 1. & 2. & de ratione rata q. 45. n. 1. & seqq. firmavit Rota decif. 41. per tot. & decif. 51. n. 1.

Maxime cum factum sit inventarium, quo causa sine alia separatione, bona hereditate + non comprehenduntur in bonis Testatoris, nec fit commixtio, ut tradit Phanucc. de invent. q. 242. n. 19, cum aliis per Surd. decif. 310. n. 15. & seqq.

Et ita &c.

DECISIO XC.

R. P. D. C E R R O.

Romana Reintegrationis.

Lunæ 23. Februarii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Reintegratio in possessione non datur nisi probata iustitia & nullitate notoria sententia ex eidem actis, & n. 6. Peti non potest ab eo qui habuit se pro spoliato, n. 8.
 2 Actor tenetur sequi forum rei.
 3 Laicus non potest excipere de foro competenti religioso.
 4 Executio, pendente appellatione facta, illa deferta non revocatur.

5 Fructuum

Ad materiam de Alim. Decis. XC. & XCI.

157

- 5 Fructuum quantitas ex instrumento liquidatur.
 7 Sententiam approbat, qui ab ea non appellat.

R Esolutum fuit non esse dandam reintegratio nem Philippo, & Paulo Emilio de Comitib. adveritus sententiam Curia Capitoline latam, anno 1648. ad favorem Patrum S. Caroli ad Catiniarios, & exequationi demandatam super associacione ad vineam controversam. Quia non constat ex iisdem actis, ut opus est, de nullitate, * & iustitia dictæ sententiae adeo clara, & notoria, ut probabilitate dici valeat judicem, neglecto juris ordine tanquam privatum processisse, & sic possessorem spoliasse, ut respondit Rota in Rom. de Bellis 31. Maii 1613. coram Cardin. Sacro, apud Modern. Perus. de manut. dec. 9. sub n. 19. cum pluribus seqq. sumpissime comprobata, innumeris allegatis in Senogallien. Salviani 3 Junii 1647. coram Eminensissimo D. Card. Corrado §. fin.

Nullitas autem deducta ex defectu jurisdictionis Curia Capitoline in causis Religioforum removetur, ex quo in dicto judicio Patres erant Actores, * & sic tenebantur sequi forum rei, ut probat text. apertus in cap. §. Cler. Laicum de for. comp.

Alex. consil. 103. n. 7. lib. 5. Roland. consil. 24. n. 8. vol. 4. Marant. in prax. p. 4. distinct. 11. n. 2. German. de Sac. immunit. tit. de jur. jur. lib. 3. c. 21. n. 215. fol. 360. Modern. Sicul. de effect. cleric. eff. 1. n. 523. D. Episcop. Eugubin. d. for. Eccles. 100. n. 15. nihil refragante Bulla Pauli III. inter ejus impress 36. Bullar. nov. p. 1. fol. 553. Dante Eminent. D. Card. Urbis Vicario jurisdictionem in causis Religioforum activè, & passivè. Quia præter quod intelligi potest in actionibus principalibus, non autem in accessoriis, qualis est hæc, quæ fuit mota in Curia Capitolina. Cum de hoc non excipiatur Religiosi, aut Cardinalis Vicarius ad quorū favorem Bulla Paulina emanavit, non videtur, quod Laicus * de eo possit excipere, qui tunc de incompetentiā fori non opponuit ad doctrinam Bart. in l. 2. n. 8. & 10. ff. de except. rei jud. Soc. sen. consil. 78. n. 8. lib. 4. Surd. consil. 1. n. 84. Rota dec. 265. n. 3. vers. Tum quia hæc exceptio, p. 1. dec. 447. n. 39. p. 5. & decif. 232. n. 17. p. 8. recent.

Nec refert quod sententia fuerit demandata exequationi intra decennium ad appellandum, & absque liquidatione fructuum decursum.

Quoniam primum objectum cessat, ex quo nunquam fuit appellatum, & quamvis etiam appellatione deserta, intret revocatio per viam nullitatis jux. dec. Cæs. de Graff. 2. alias 108. de appell. Hoc tamen procedit in exequatione obliqua, non autem in directa, qualis est actualis possessio rei, in

4 sententia comprehensa, quæ non revocatur, * nec minus per viam nullitatis, quando sententia transiit in judicatum, ut optime, distinguendo, respondit Rota coram Buratt. dec. 77. n. 4. in Rom. fideic. de Capite Ferreto 10. Junii 1644. coram Eminensissimo D. Card. Corrado §. Præterea ex alio, & prius in Gerunden. Ben. 16 Martii 1643. coram me, §. & licet de filio. Secundum verò corrut, quia certa fructuum quantitas * ex ipso instrumento venditionis liquidò constabat, Rol. consil. 14. n. 3. lib. 1. Gratian. discept. 22. num. 1.

Injustitia verò principaliter deducta ex quo sententia concedat associationem pro scut. 600. absque vinculo investiendi apposito in instrumento venditionis, & non computatis canonibus proprietario solitus, urget quidem; sed quia non appetat de praefatis oppositum in actis Curia Capitoline, non est attendenda cum injustitia sententiae ad effectum spoliij judicialis * sit probanda

Decisio ad Tract. de Alim.

ex iisdem actis, ut præter decisiones in principio allegatas, respondit Rot. decif. 479. n. 1. & 2. part. 4. divers. & in recent. dec. 306. n. 34. cum duabus seqq. part. 6. & coram Duran. decif. 454. n. 4.

Præterea cum auctor petentium reintegracionem à dicta sententia, nec ab ejus exequatione, appellaverit illam approbasce, * & confirmasse videtur, & pluribus adducitis authoritatibus, respondit Rota in Aquilana Juris p. 4. Junii 1646. cor. D. Card. Corrado, §. quia cum ab eo vers. & videtur appellans, & in Narn. Juris pascendi 23 Maii 1653. coram R. P. D. meo Vero spio §. ult. & sic habuit se pro spoliato; Imo facto proprio cecidit à possessione, que casu ex ejus persona peti non potest * & reintegratio, Imol. in cap. seqp. de rest. spoliat. Caputaq. decif. 17. num. 1. & 2. part. 3. Rota dec. 4. & decif. 462. num. 2. vers. Unde Archip. p. 1. & decif. 506. num. 2. & 3. p. 8. recent.

Et ita utraque parte, &c.

DECISIO XCI.

R. P. D. C E R R O.

Melevitana Bonorum.

Veneris 6. Martii 1654.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio ex Salviano datur, stante hypothecæ. Non conceditur permittanti, nisi cum clausula restituiri in permutationem habitis, n. 7. contra n. 8. & 9.

2 Sententia præcedens non est revocanda per sententiam, quæ fertur super novo processu. Et de ratione, n. 3. Criminalis lata contra donatorem non officit donataris, n. 4.

5 Fundus datus in dotem inestimatus remanet in dominio uxori. Declara ut n. 6.

10 Compensatio de specie ad speciem non datur.

11 Actio competens ex diversa causa exerceri potest ab obligatio ex altero. Et de ratione, n. 12.

13 Decisiones dicuntur pars sententiae.

14 Detractiones ex non confessione inventarii & alienationibus, presumuntur consumptæ. Fieri nequeunt super fideicommisso particulari deficiente inventario, n. 18.

15 Inventarium unius non suffragatur alteri.

16 Dos consistens in stabilibus, in eisdem restituenda est. Non soluta repeti non potest, num. 17.

Immissionem concessam Cumulo Charitatis Melitæ, & Hospitali S. Spiritus Donatariis Jo. Xara super praedii nuncupatis Taxirim, & Taximatum. Iterum concedendum esse dixerunt Domini, confirmingo sententiam Rotalem; quia nimis ex confessione ejusdem Virginie Auctricis Patrum S. Dominici, constat de tempore donationis, fuisse a donatore possit. Ideo vi- gore hypothecæ * in donatione appositæ, competit donataris immissio in Salviano, ex adductis in decif. edita 1 Februarii 1651. coram Eminensissimo. Ottobono.

Nec relevat, quod revocata non fuerit sententia criminalis, declarans donationem invalidam & simulatam, quia hujusmodi revocatio non est necessaria, * ubi sententia subsequens fertur super novo processu, & probationibus factis ex

inte-

integro, ut advertit Gabr. conf. 54, sub n. 8, vers. 3, l. b. 1, & eo relato, Rota in Marsicen. Jurisdictionis 17 Februarii 1647, §. 1, in fine, coram R. P. D. meo Bichio, quia nimurum ex novo processu sententia fertur, * ut in 1. quo casu non est necessaria revocatione sententiae contraria, Rota decif. 161, n. 2, in fine, part. 1, recent. allegata in d. Marsicen. & in Romana fideicom. de Spiritibus 14 Junii 1645, coram me, §. altera verò nullitas; Sed eo minus quia sententia criminalis lata pro fisco contra donatorem*, non afficit, nec prejudicat donatarii non citatis, ex plenè adductis in dicta decif. Eminentissimi Ottoboni vers. Nec dum relevat; Et tamen revocata fuit in partibus, in alia sententia data in summario addit. Hospitalis, & Cumuli n. 1.

Et licet dicta prædia data fuerint in dotem inas-
sumata Joan. Donatori ab Angelica ejus uxore, à cuius proprio dominio * non exierunt, ut cavitur in l. in rebus 30. C. de jur. dot. Pinell. in l. 1, n. 14, part. 3. C. de bonis matern. Quia tamen postmodum cum aliis sui viri permittavit, hæc transierunt in Dominum viri *, & permittuta in Dominium uxorius; super quibus proinde competit sibi eadem actiones, quæ competebant super tenutis propriis, ad text. in l. Imperator §. ult. ff. de leg. 2, Bald. in autb. si qua mulier n. 5, C. ad Velleian. De-
cian. conf. 55, n. 76, lib. 3, Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25, tit. 3, n. 22, loquens in specie de fundo do-
tali permuto, cum non dotali, & tit. 5, n. ... ultra
alios relatios in decif. 19 Aprilis 1652, coram R. P.
meo Celsi, §. penult.

Major oriebatur difficultas, ex quo concessa fuit libera immisso Cumulo * super his tenutis, quæ concedi non poterat nisi cum clausula, restitu-
tus bonis permutatis, quæ adhuc retinet penes se, per text. in l. Julianus ff. de act. empt. Sed animad-
versum fuit dispositionem prefati textus proce-
dere, sed agitur ex eodem contractu, in quo ali-
quid hinc inde fuit correspeditivè promissum, quo
casu agere non potest ex contractu, * qui eum non implevit, vel ubi quis rescindere velit con-
tractum, ex quo aliquid percepit; hoc enim non licet nisi prius restituantur percepta, ex adduct. in decif. 273, n. 21, coram Sanct. mem. Greg. vel de-
mum ubi possessori competenter super bonis pos-
sessis aliquæ detractiones, quo particulariter casu, non datur actori immisso *, nisi factis hojus-
modi detractionibus, ut pluribus relatis, dictum fuit in Rom. fideic. de Mellinis 5 Decembri 1645, coram me, & in Senogallien. fideic. 7 Junii 1652, coram R. P. D. meo Bichio.

Secùs autem est, ubi actor petit unam rem ex una causa, & possidet aliam ad reum pertinentem ex alia causa. Tunc enim, quia una res non habet connexionem cum alia, nec possessio unius est correlative ad possessionem alterius, uterque debet experiri jura sua, nec interim datur compensatio * de specie ad speciem, Mantic. de tacit. lib. 10, tit. 10, n. 8, Facili. contr. jur. lib. 11, cap. 7, per tot. Surd. decif. 184, n. 7, vel retentio unius rei pro alia, si possidetur, ex causa diversa, Caval. dec. 539, n. 4, & decif. 543, n. 3. Et hic est casus nostrus, quia Cumulus, & Hospitale petunt immisionem super his tenutis tanquam Donatarii Joan. Patres verò Do-
minicani petunt immisionem super bonis permu-
tatis tanquam hæredes Virginie. Cùm ergo res sint separatae, & actiones * competant ex diversis instrumentis, una non impedit aliam, sed possunt Donatarii Joan. agere, & obtinere contra Dominicanos, etiam si non restituerint, quod eisdem deberent, ut hæredibus Angelicæ, ex adductis coram S. mem. Greg. dec. 541, n. 1. Exceptio enim

non implementi * non obstat agenti ex diverso 12
contractu. Imò nec agenti ex eodem contractu,
si res, & capitula sint separata, Natt. conf. 133, n. 5,
Adden. ad eundem, littera A. Rota apud Pacific.
de Salvan. interdiil. dec. 54, n. 1, ubi Adden. n. 17,
& benè ad propositum Rota decif. 102, sub nu. 4
vers. dicit, p. 1, divers.

Et tamen in sententia Rotali, lata ad favorem Cumuli, & Hospitalis, non fuit denegata immisso Patribus super bonis permutatis: Imò cùm ex-
pressè concessa fuerit, in decisionibus non censem-
tur in sententia reservata, cùm decisions * dicantur pars sententiae, & hæc ab illis interpretatio-
nem recipiat, Scacc. de sent. & re jud. gl. 14, q. 17,
nu. 52, & seqq. & ex relata Rota in Melevitana Antianitatis 20 Novembri 1648, coram R. P. D.
meo Bichio, §. complectitur verò.

Detractiones, quæ iterum opponuntur, responsum fuit non competere, ex quo Virginia non conficit inventarium bonorum paternorum, & plures fecit alienationes, * quibus copulativè 14 concurrentibus intrat præsumptio satisfactionis ex plenè deductis, in Perus. bonorum 30 Maii 1650, coram me; nec suffragatur inventarium confessum à fisco, cùm inventarium unius * non suffragetur 15 alteri, & ex diversa causa succederet, Giurb. ad consuet. Messanen. p. 1, c. 9, gloss. 5, num. 43, Rota in Bonon. fideic. de Navarrin 10 Decembri 1638, coram R. Tarraconen. & in Romana fideicommissi de Capite Ferreto 19 Februarii 1646, coram Eminentiss. D. Card. Corrado: multoque minus ex quo conjectum fuit longè antè donatoris dece-
sum, quo medio tempore potuit donator alia plura acquirere, & omnia cadebant sub donatione etiam futurorum.

Dos autem Angelicæ consistit in stabilibus datis inefimatis *. Ideò contra ea solum competit 16
actio, ex cons. Alex. 38, n. 2, in fin. lib. 2, cum aliis relatis in postrema decif. R. P. D. mei Celsi; residuum verò promissum in pecunia non probatur solutum *, ut debet ad effectum repetendi, 17 Rota dec. 5, n. 12, p. 6, recent. & obstat semper defectus inventarii, propter quem detractiones * 18 fieri non possunt, preferunt super fideicommissio particulari, quod hæres inventarium non conficiens tenet integrum præstare, ut cavitur in l. fin. C. de jur. delib. Peregr. conf. 64, n. 14 & 15, lib. 3, ut latè explicatum fuit, in Bonon. fideic. seu domus 20 Aprilis 1646, coram R. P. D. meo Bi-
chio, §. hoc posito.

Et ita utraque, &c.

DECISIO XCII.

R. P. D. ZARATE.

Romana fideicommissi.

Veneris 24. Aprilis 1654.

S U M M A R I U M.

- 1 Evictio, de quo tenet actio eundem agentem repellit exceptio, & n. 16. & 18.
- 2 Cessionariis actiones cedentis competunt, & n. 13. Hypothecaria, ac personali conveniunt, n. 3.
- 4 Stipulatio quorum interest, in obligatione Camerali est inferta.
- 5 Obligatio ad relevandum tenetur, pro omnibus molestiis.
- 6 Obligatio subsequens non prejudicat praecedentem.

7 Fidei

Ad materiam de Alim. Decis. XCII.

159

- 7 Fideicommissario competit hypothecaria in bonis gravati, ob alienationes ab eo fraudulenter factas.
- 8 Accollans efficit debitor principalis.
- 9 Debitor, & creditor sui ipsius quis esse non potest.
- 10 Anterioritati renunciat, qui solvendi onus erga alios suscipit.
- 11 Reservatio nullum jus tribuit de novo.
- 12 Hæres etiam cum inventario, non potest exciperre de ejus credito anteriori, nisi reddità ratione inventarii. De bonis consumptis non tenetur, num. 15. & 17.
- 14 Funeris impenie habent prælationem.

Substantibus licet fundamentis decisionis coram me emanatae 24 Novembri 1653, tamen ex no-
viter deductis Domini recesserunt à decisio; Et enim in causa resolutum fuerat, concedendam esse immisionem in horris controversi seminario Af-
covæ, uti vocato ad fideicommissum Bartholomæi Papii, inter cujas bona remanserunt; & in hac parte confirmandam esse decisionem editam coram E. Ottobono 3 Martii 1651, sed reformandam in causa in qua damnatum fuerat seminarium ad restitutionem scutorum 1716. Equiti Panthe-
rae, & Lavinie Mainardæ possessoribus facien-
dam, ex eo quod annuum legatum uxori à fidei-
committente reliquit solvi deberet ex fructibus bonorum fideicommissi: Fructus autem, & in-
terusuria dotis satisfacta censeretur ex fructibus bonorum ab uxore perceptis, ut comprobatur in d. decif. 24 Novembri 1653.

Verum hodie ex instrumento transactionis de-
nuò producتو, ab hac resolutione recessum fuit. Siquidem in eo legitur conventionem fuisse cele-
bratam inter idem seminarium ac Fratres Dis-
calceatos S. Augustini, urbis, hæredes institutos à Franciso ultimo hærede gravato, per quam plu-
rium bonorum liberorum ad eundem Franciscum spectantium in seminarii posse, fuit facta dimissio,
cum istius reprobatione, & obligatione reddendi immunes ipsosmet Fratres & Monasterium, super reliquis bonis ad dictum Franciscum spectantibus,
& consequenter pro summa rescienda ipsis bono-
rum possessoribus, etiam obligatum. Unde cùm ii-
dem bonorum possessores agere possint pro recu-
peratione summae sibi debitæ, contra Fratres Dis-
calceatos qui è converso pro observantia evictio-
nis promissa contra seminarium judicium institue-
re * valent; utique possessores, & conjuges tan-
quam cessionarii Patrum seminarium repellere
possunt exceptione, vindicantem, ff. de evict. se-
cundum tradita per Castr. conf. 352, §. fin. lib. 1, &
pluribus relatis Barbos. axiom. 85, n. 2, & 3, Rot.
coram Merlino dec. 543, n. 5, nec non ex juribus sibi
competentibus bona, de quibus agitur, pro eadem

- 2 liberatione obligata retinere, cùm * cessionariis ac-
tiones cedentis competant ad text. in l. nomen. que
res pign. cum aliis adductis per Surd. conf. 4, n. 23,
Rot. post Modernum Forolivien. de pign. dec. 30,
& dec. 50, utroque n. 10, & in Romana Salviani 18.
Junii 1647, coram bona me. Arguelles in fine: Nam
seminarium quamvis heres Francisci non fuerit,
sed cessionarius vigore approbationis, seu promis-
sionis, proinde ac si hæreditario jure successisset,
juxta text. in l. ff. Dominus 21, l. Paulus 12, ff. qui-
bus modis pign. vel hypot. solvitur l. creditor 12, §. si
tecum ff. que potior, cum similibus Larrea dec. 20,
n. 5, & plures relatis per Moder. Hispan. in Laby-
rinth. credit. d. p. 3, cap. 13, §. unico per tot.
- 3 ne dum actione hypothecaria *, sed personali in
subsidiū conveniunt ratione circuitus vitandi
jurta text. in l. ff. Dominus 21, l. Paulus 12, ff. qui-
bus modis pign. vel hypot. solvitur l. creditor 12, §. si
tecum ff. que potior, cum similibus Larrea dec. 20,
n. 5, & plures relatis per Moder. Hispan. in Laby-
rinth. credit. d. p. 3, cap. 13, §. unico per tot.

Nec